

Johann Bernhard Quistorp

Programma Fvnebre, Qvo Rector Academiae Rostochiensis, Johannes Bernhardus Qvistorpius ... De Anæsthesia Paucis Disserens, Ad Eundum Exeqvias ... Domini Joach. Felicis Oerthlingii, Senatoris Gravissimi Ac Spectatissimi, A Moestissima Vidua Hodie, Hoc Est, Die XIII. Mens. Aprilis A. O. R. MDCCXLV. Paratas, Omnes Omnium Ordinum Cives Academicos Per Officiose Ac Humaniter Invitat

Rostochii: Typis Ioh. Iacob. Adleri, [1745]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1796916390>

Druck Freier  Zugang





Circa 80 Protokolle Privatrecht-Programme,
meist Forderungen in dazujen bürgerl. Familien betr.

(Zinsvertrag in nobilitierten Familien:


Nettelblatt, Preen, Quistorp, Schoepffer, Schuckmann
i. O.)

82 Stücke

Mk1b Gen - 40
2/3 II

9/1
Hain.
1833.





Handwritten numbers on the right edge of the page, including 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30.


Leichenprogramme, alphabetisch geordnet
nach d. Namen d. gefeierten Person, nebst Sterbejahr.

L - Z

1. Quistorp, Anna Christina, geb. Lenthe. 1753
- 2/3. Luger, Johann Georg. 1748.
4. — — — (Vater). 1751.
5. Mantzel, Kaspar. 1735.
6. — , Maria Justine Margarete. 1742.
7. Schweder, Margarethe, geb. Meyer. 1728.
8. Neusling, Catharina Margareta verh. Pries. 1733.
9. Michelsen, Andreas. 1730.
10. Becker, Catharina Elisabeth, geb. Michelsen. 1744.
11. Michelsen, Christoph Andreas. 1746.
- 12/13. Jaddel, Isabe Dorothea, geb. Michelsen. 1745.
14. Müller, Karl Ludwig. 1761.
15. Nettelblatt, Heinrich [Vater] 1735.
- 16/17. — — — [Sohn] 1761.
18. Neucranz, Anna Margareta. 1726
19. Niehenck, Joh. Balthasar. 1738.
20. Niemann, Johann. 1746.
21. — , Michael. 1729.
22. Oerthling, Joachim Felix. 1745
23. Meyer, Anna Maria, geb. Pauli. 1738.
- 24/25. Engelsen, Maria, geb. Pansen. 1738.
26. Petersen, Johann Christian. 1766.
27. Pohn, Wilhelm. 1751.
- 28/29. Pries, Joachim Heinrich. 1763.
30. Quistorp, Hugo Theodor. 1732.
- 31/32. — , Johann Jakob. 1767.
33. — , Lorenz Gottfried. 1743.
34. — , Johannes Christian. 1722.

35. Ressor, Julius Friedrich. 1740
36. Redeker, Heinrich Rudolf. 1716.
37. Richter, David. 1753.
38. Danckwarth, Catharina Emerentia geb. Schaeffer. 1737.
- 39/40. Schaper, Johann Ernst. 1721
41. Scheffel, Heinrich Gustav. 1738.
- 42/43. Schmidt, Jonas. 1745.
- 44/45. Schoepffer, Johann Joachim. 1719.
46. Schuckmann, Heinrich. 1706.
47. Dörcks, Margaretha, geb. Schuckmann. 1731.
48. Schmidt, Isabe Margaretha, geb. Schwabe. 1743.
49. Zeidler, Anna Emerentia, geb. Schwartz. 1729.
50. Senst, Agneta Sophie, 1729.
51. — Hermann Peter. 1728.
- 52/53. Sibeth, Karl. 1734.
54. Sivers, Jakob. 1729.
55. Luger, Christine Elisabeth, geb. Spalding. 1746.
56. Spalding, Johann David. 1757.
57. — Thomas. 1743.
58. Burgmann, Anna Christina, geb. Stein. 1773.
59. Stein, Walthier. 1739.
60. Stever, Johann Kaspar. 1729.
61. — , Johann Valentin. 1755.
62. — , Theodor Mathews. 1735.
63. Stieber, Georg Friedrich. 1755.
64. Wetken, Catharina Margareta, geb. Stindt. 1743.
65. Stolte, Christian Rudolf. 1680-1731.
66. — — — 1711-1736.
Heinrich Christian. 1715-1736.
67. — , Peter. 1733.
68. Jöppel Margareta Catharina; verh. Oldenburg. 1774.

69. Verpoorten, Theodor. 1728.
70. Weiß, Margaretha Agnes, geb. von Heidenkopf. 1726.
71. Weidner, Johann Joachim. 1732.
72. Weiß, Gottfried. 1697.
73. Wetken, Johann Georg. 1716.
74. Wilde, Joachim. 1737.
75. Weidner, Johann Joachim. 1732.
76. Barnstorff, Anna Margaretha, geb. Willebrand. 1724.
77. Willebrand, Martin Albert. 1746.
78. Stein, Anna Dorothea, geb. Wolff. 1744.
79. Wolfraath, Dietrich Samuel. 1753.
80. Wulf, Catharina Margareta, verh. Stein. 1734.
81. Zaidler, Johannes. 1727.
82. Zinck, Johannes. 1732.



PROGRAMMA
F V N E B R E,
QVO
RECTOR ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,
JOHANNES BERNHARDUS
QVISTORPIUS,
MED. D. P. P. O. AC POLIATER,
DE
ANÆSTHESIA PAUCIS DISSERENS,
AD EUNDUM EXEQVIAS,
PRÆNOBILISSIMI QVONDAM & PRU-
DENTISSIMI DOMINI,
D O M I N I
JOACH. FELICIS
OERTHLINGII,
SENATORIS GRAVISSIMI AC SPECTATISSIMI,
A MOESTISSIMA VIDUA
HODIE, HOC EST,
DIE XIII. MENS. APRILIS A. O. R. MDCCXLV,
PARATAS,
OMNES OMNIUM ORDINUM CIVES ACADEMICOS
PER OFFICIOSE AC HUMANITER
INVITAT.

R O S T O C H I I,
Typis IOH. IACOB. ADLERI, SERENISS. PRINCIPIS &
ACADEMIÆ Typogr.

PROGRAMMA
F. V. N. E. R. E.

QVO
RECTOR ACADEMIE ROSTOCKENSIS

JOHANNES BERNHARDUS

QUISTORPIUS

M.D. D.R. O. M. P. O. L. I. T. A. T. E. R.

DE

ANASTHESIA PAUCIS DISSERTENS

AD FUNDUM EXEQUIAS

FRANCOBILITUM QVONDAM & PRU-

SENTISSIMI DOMINI

D. O. M. I. N. I.

IOACH. FELICIS

OPERTHALLINGII

GRADUATORIS GRADUUM & SPECIATIONIS

A MORTISSIMA VILVA

ROSTOCKI

ANNO MDCCLXXII

MDCCII

OMNIBUS CLASSEM QVONDAM QVONDAM

FRANCOBILITUM & PRU-

SENTISSIMI

ACADEMIAE ROSTOCKENSIS





Rectoratus, mihi, à Patribus Academiae conscriptis concre-
 ditus, DEO clementissime assistente, declinat ad finem
 & lætissimus instat Tiburtii dies. Lætissimum eun-
 dem appello diem, non ex more & contra mentem, sed
 ex vera animi sententia; Recte enim sensisse illos, ex-
 perientia edoctus, deprehendo, qui hoc officium lubentius deponunt,
 quam in se recipiunt. Sed, si DEUS pro nobis, quis contra nos? Et non
 licet se subtrahere partibus onerum Reipublicæ ferendorum: Bona con-
 scientia paradus est, & retuli hætenus ad Rectoratus mei felicitates,
 quod Academia & Urbs salvæ fuerint atque incolumes, etiam in eo, quod
 pauciores Viri bono publico inservientes morte sint abrepti. Paucio-
 res, inquam, Nonnullos enim amisit patria hæc nostra interque illos bi-
 nos de Curia & Schola meritissimos. Sperabam, fore, ut Rectorali in-
 dictione funerum vacaret meus Rectoratus; sed eheu! subitanam offert
 occasionem mors inopinata *Viri quondam Prænobilissimi, Amplissimi atque*

*Prudentissimi Domini JOACHIMI FELICIS OERTHLINGII, Senatoris de Ci-
 vitate Rostochienfi insigniter meriti. Viri inquam, quem industria, pietas, quem
 prudentia ita comendarunt, ut inter patriæ nostræ Cives celeberrimos, imo
 pro patre fuerit habitus. Quam vellem ipsi viventi scripsisse elogium;
 sed fiat & hoc officium DEO, ita volente, promptissima & erecta mente.
 Digni enim sunt egregii Viri, quibus scribatur serena fronte Panegyri-
 cus. Placuit mihi semper locutio Senecæ, quæ utitur Cap. XVI, de
 consolatione ad Helv. per ipsum compositum vultum lacrymas profun-
 dere. Quomodo id fiat, intelligunt illi, qui serio quidem, sed absque
 effeminata, ne dicam affectata nonnunquam querela, tristitia & ho-
 nores ultimos bene meritorum expediunt. Maxime etiam decet il-
 los, qui in solatium aliorum scribunt, temperamento quodam uti.
 Nam recte judicat idem allegatus Seneca Cap. XXV. de consolat. ad Po-
 lyb. *Et solatium debes esse & consolator; Non poteris autem aliorum mœrorum
 obstare, si tuo indulseris.* Et tandem: *Quid, ut ter cum Seneca loquar, fa-
 ta bonorum Virorum deflemus; Non reliquerunt illi nos, sed antecesserunt.*
 Quis à Gentili melius expectare potuit iudicium? Ab eo gentili,
 qui etiam in eo scitissime quæsit Lugentium solatium, quod, si
 multi Virum quendam bonum habeant desideratissimum, dolor qua-
 si divisus inter plures, singulis fiat tolerabilior. Recte! nam solatium
 est in amissione virorum bonorum, quod eorundem nomen fit in bene-
 dictione. Scribatur igitur Viro laudatissimo Programma funerale & fa-
 miliæ consolatorium. Thema quidem ipse ille præbet sufficiens, modo
 vitam & fata enarraverim, sed invaluit mos, ut præterea aliquid pro
 scopo scribendorum ponatur. Non igitur potuit non placida quidem,
 ast subita mors mihi meditationes subministrare. Est subita mors pio-
 rum talis, qualem exoptari posse putarunt nonnulli Viri DEO devo-
 tissimi: Et cur non subito moreretur, qui nullis implicatus mundi va-
 nitatibus, odiis & ambagibus, quotidie bene præparatus erat. Cur non
 moreretur subito, nocte diem Dominicum insequente, qui diem præ-
 cedentem cultui religioso insumerat: qui ante meridiem sacris privatis
 intererat, qui etiam ad postmeridianam liturgiæ properabat, & vix sva-
 su amicorum, aliquam debilitatem, tempestatis impatientem impedi-
 ri se patiebatur. Placidam mortem descripturus Poëta sacer & gratula-
 bundus quasi, de genere illo moriendi canit: *Der Todt ist ihm ein
 Schlaf worden.* Sacra scriptura, mortem exprimens, sæpe verbo: *ent-
 schlaffen*, utitur. Exstingvi placida morte phrasis est elegans & non
 omnibus exemplis attemperata. Desumitur enim emblemata quasi à cereo
 ab alimentis ultimis derelicto, unde in votis piis habemus: *Und wie
 ein Licht, ohn übrigs Weh, auff dein unschuldig Blut vergeh, das
 du für mich vergossen.* Vox adæqvata est: *Er starb sanfft und selig und
 ging aus, wie ein Licht.* Habet mors communiter amaritudinem atque acu-
 leos, sed, ut taceam: Christianos dicere posse omni casu: *Todt, wo ist
 dein Stachel?* sæpe singularis anaesthesia mortem reddit faciliorem. Absit
 stoica mens, qualem & ille Agag, dicendo: *Also wuß man des To-
 des Bitterkeit vertreiben*, exseruit. Pariter absit Aristotelis iudicium,
 quod mors sit omnium terribilium terribilissimum. Medium tenuere
 beati. Induamus anaesthesiam, si naturalis locum non invenerit, mo-
 ralem & Christiano dignam. Revocat mihi hæc scribenti caput hocce in
 memo-*

memoriam meam dissertationem inauguralem, quam de *Anæsthesia*, von
 dem unempfindlich seyn, ante XXVII. fere annos in hac Alma Patria,
 Præside illustri *Derhardingio*, Haffniensem Academiam hodie ornante, ha-
 bui. Liceat mihi laudare anæsthesiam ex vario capite vel fonte. Quid
 in genere ea sit, demonstrat disputatio; dicitur enim extraordinaria de-
 negatio sensationis per totum corpus, salvis quamvis undiqve organis, sal-
 va respiratione, salvo pulsu. Quomodo differat ab ecstasi, catalepsi, caro,
 & lipothymia pariter edocent definitiones allatæ. Non est hujus paginae,
 eadem multis repetere, quoniam meditationes ex doctrinis medicis in a-
 lium bonum finem transferre constitui. Memorabo tamen ex mea arte,
 quæ observat eadem, ad scopum facientia. Dantur exempla moribundo-
 rum, qui ecstatici fiunt, & qui fere ad exemplum Pauli, 1. Corinth. XII.
 præparatorie in cælum rapiuntur. Adstantes solvuntur in lacrymas, illi
 autem, ad commercium redeunt, tranquillissimi sunt, referuntque, *les sen ih-
 nen so woll und sauffte zu Muthe, als wenn Sie in dem Himmel gewesen,
 oder noch wären.* Qui crude & crasse de eo statu sentit, omnia naturali-
 ter explicat, & infantiæ gradus vel exempla se deprehendisse tantum pu-
 tat; Verum, pietas non omnem excludit gratiam divinam, & ut popula-
 riter efferam, *es ist eine göttliche Versüßung des Todes, dessen Bitterkeit
 dergleichen Sterbende nicht schmecken.* Non sine acumine est, quod ea,
 quæ proprie ad sensum tactus referenda venirent, de moribundis loquen-
 tes, per visus & gustus notiones exponantur. Phrasæ biblicæ sunt: *den
 Todt nicht sehen, den Todt nicht schmecken.* De Simeone enim legitur,
 quod responsum divinum acceperit: *Er solle den Tod nicht sehen, & quan-
 do de amaritudine sermo est, von der Bitterkeit des Todes, gustus i-
 dea excitatur.* Magna igitur felicitas est eorum, qui per DEI clemen-
 tiam moriuntur, & mortem neque vident neque gustant, sed, per exo-
 ptandam anæsthesiam, in statum quendam deficientis sensationis corpore,
 pleno tamen animæ vigore, & inter preces & suspiria devota rediguntur.
 Non dicam de exemplis eorum, die, ut loquimur, *die betrübten Angehöri-
 gen wieder aufgeschrien, eos nempe, qui cum aliqua exprobratione te-
 stantur, Sie hätten bereits Himmlische Freude empfunden.* Arceantur
 à lectis moribundorum profani & irreverentes judicēs, qui divinæ boni-
 tatis documenta per mera pathemata ex causis materialibus explicant.
 Accedant pie sentientes & similem à DEO mortis instantis horam sibi expe-
 tentes. Placet nonnulla repetere ex superius memorata mea disputatione: sic
 enim *membro ejus tertio, observ. 1.* ejusque in scholio differitur: *in omni ecstasi
 animum continuo occupat objectum acie mentis incomprehensibile. Quod ec-
 stasin divinam attinet, de hac constat, quod tribuatur internæ et im mediatae
 mentis à DEO illuminationi et quando Chrysostomus Homil: 22. Act. Ecstasin
 definit: per πνευματικὴν θεωρίαν, satis apparet, objectum incomprehensibile sub
 illa animo observari. Nam spiritualia et divina ad satietatem capere mens
 Corpori immersa nequit. Ipsa insuper sacra Biblia de ecstatis sanctis refe-
 runt, quod v. g. correpti fuerint in spiritu, quod visionibus DEI admoti fuerint.
 Firmatur hoc voce raptus, quam gentiles pro synonymo ecstaseos habuerunt,
 ac si homo, cui naturale sit, sensuum meditatione sui cognitionem comparare, à
 sensibilibus apprehensione abstrahatur et rapiatur. Unde raptum Agrippa con-
 sistere ait, in continua contemplatione sublimiorum, quæ quatenus profun-
 dissima mentis intentione animum incorporeæ sapientiæ conjungit, eatenus*

vehementioribus suis agitationibus ipsum à sensibilibus corporeve sevocant. Per-
gitur: Ecstasis, quam supernaturalem et divinam vocant, multis parasangis vincit
omnes alias, nam hic mens ad contemplandum cœlestia devolvitur, non adeo quam
invitatur et elevatur. Gloria et pulchritudo objectorum hujus Generis tantæ
sunt excellentiæ, ut, si menti integrum esset, in illis contemplandis ad lubi-
tum commoveri, nec illa si removerentur, nunquam se mens iterum ad
Objecta in hoc mundo dimitteret. Et hoc est, quod quæ placide mori-
entes observatur, non enim mens se iterum ad Objecta in hoc mundo
dimittit: **Sie begeben sich alles zeitlichen: Sie trösten die Umstehende.
Sie empfinden nicht das Leidwesen und die Tränen der allerliebsten Un-
gehörigen; wollen von nichts hören oder sehen.** O felicem et exopta-
bilem anæsthesiam! Faxit DEus ut eandem nobis, medios etiam inter mundi
tumultus conciliemus. Elegans est monitum: Ita vivamus in mundo, ac
si aliud ageremus: Simus imperturbabiles, et rideamus terram atque ve-
xas eorum, qui, turbulentis agitati affectibus, tranquillitatem, non
ejus, quem petunt, sed propriam inturbant. Celebris ille *Ortelius*
inapparum geographicarum autor et pictor, pro symbolo habebat: *Mundum
manu, mente, orno, contemno.* Ornemus mundum, expediendo partes officio-
rum quorumvis, admoniti vulgato illo: *Spartam, quam nactus es, orna;* Sed
mente uendem contemnamus. Ad altiora enim nati sumus, et medios
inter mundi tumultus, per anæsthesiam quandam piam atque religiosam,
gustare possumus futuræ beatitudinis præludia, id quod sacer stylus ex-
primit per phrasin: **Schmeden die Kräfte der zukünftigen Welt:** Probat
dissertatio mea, dicto membro *observo.* 3. quod profunda meditatio dolores
non parum mitiget. Meditemur igitur profunde bonitatem divinam, &
mitigabuntur dolores, quos intentant hujus seculi mali & biliosi. Cogi-
temus, **daß dieser Zeit leyden nicht werth sey der Herrlichkeit, die an uns
soll offenbahret werden, & levabimur.** Est anæsthesia, ceu probat *mem-
brum IV. diff. propos. 1.* affectus animi, non morbus corporis: Ergo felicem
eundem appellare potero, qui anæsthesia justo tempore gaudet. Cupiunt
hinc, dissolvi, hoc est, separationem animæ ac corporis ambiunt; Et
quamvis ea dissolutio, quæ fit morte, non sit in nostra potestate, hæc ta-
men moralis anæsthesia virtuti haud erit impossibilis; Dissolvi enim pote-
rit animus à terrenis crepundiis, & quamvis non queamus mundum volen-
tes plane deserere, **wir können die Welt nicht räumen,** prout & de anæ-
sthesia medice propositione XIII. probatum est, quod sub eadem anima
non sit extra corpus, media tamen in Republica vivere licebit, quasi esse-
mus exules. Quo magis intendit cohors malorum nostra infortunia, eo
minus turbemur, sed gaudeamus, videntes canem, lapillum sibi latranti
objectum, frustraneo & propriis dentibus nocivo morfu volvere. Plura
de anæsthesia illa theologico-medico-morali afferre possem, sed prohibent
positi limites. Abstineo igitur à quæstionibus variis, quorsum & ea, de
statu animæ separata referenda veniret. Provoco ad bina Theologorum,
re & verbis clarorum, scripta. Alterum Fabricianum, de recordatione
animæ post fata superstitis; alterum Fechtianum, ad quæstionem: **Ob
man denen Sterbenden wohl könne einen Oruß mitgeben.** Claudio me-
ditationem prælocutoriam, & assero, quod olim de anæsthesia, ceu mor-
bo curatu difficili, hinc nemini apprecando scripserim, hodie autem
anæsthesiam cuivis apprecari, & ceu studium commendare, haud
ambigam

ambigem. Exempla illustrent: Convertito igitur me ad Virum hodie fo-
lenniter efferendum, qui moralis & laudabilis anæsthesiæ insigne præbet
exemplum.

Non in devia rapuerunt eundem illecebræ hujus mundi, recte
agendo abstinuit ab iis, quæ mundus gustat & intuetur ceu delicias:
Contempsit omnia, in quibus alii fervent, & quibus quasi immerguntur,
obruuntur. Immotæ mentis fuit ad oblatas à justo deviandi occasiones,
& nihil unquam fuit tam splendidum, ut virtutem ejus corrumperet.
Audiatur vitæ curriculum!

Nascebatur, & in hunc mundum prodibat Beatus Noster Dn. JOACHI-
MUS FELIX OERTHLING. Senator Rostochiensis, Anno reparatæ salutis
MDCLXXVIII. ipso festo Epiphaniæ, & renascebatur ex sacro fonte die
XIII. mensis ejusdem.

Pater erat, Vir quondam admodum Reverendus atque doctissi-
mus, B. Dn. *Samuel Oerthling*, Pastor ecclesiæ Christi Brunnenfis & Gantz-
kowiensis in partibus Mecklenburgicis Stargardio-Strelitzensibus. Me-
morabilis sane vir ille fuit, supervixit enim Climactericum maximum,
quoniam natus Anno MDCXXXVII d. 6. Sept. Triglasi in Pomerania
Orientali, et denatus Anno MDCCXX d. 28. Julii, annum octogesimum
secundum, vegetus et officio suo ad ultimum defunctus, attigit annum. Me-
morabilis est, ob prolis numerosæ felicitatem. Cui enim non dictus
Vir quondam illustris B. *Oerthlingius*, Consiliarius Mecklenburgicus, Frater
nostri beati siucerrime dilectus, cujus Liberi Nepotesque florent in
benedictione. Mater nostri erat B. *Sophia Laurentia*, fæmina pia et
virtutibus deditissima.

Secundus gradus ascendendum, quæ Lineam Paternam, exhibet
Avum B. Dn. *Danielem Oertling*, Pastorem ecclesiæ Triglafensis et Zim-
merhusanæ in Orientali Pomerania meritissimum, religiosissimum, et Avi-
am Laudatissimam B. *Elisabetham Horns*. Quæ lineam maternam, si-
stunt tabulæ familiarum B. Dn. *Jsaacum Laurentium*, Pastorem Ecclesiæ
D. Johannis et simul Rectorem inclytæ Scholæ in celebri civitate Meck-
lenburgica Neobrandenburgo, de singulis officiis meritissimum, ado-
lescentibus adultisque utilem: Et Aviam B. *Dorotheam Schræders*, fæ-
minam beatissimæ recordationis.

Tertium gradum conficiunt, in stemmate paterno, proavus, B. *Joa-
chimus Oertling*, Civis et inter honestissimos Pannifices Pritzwaldenses in
Marchia senior dextrerrimus, et proavia, B. *Dorothea Eckels*. Sufficiunt
hi tres gradus, satis testantes de ulteriorum honestate et pietate, tales
enim bonos proavos proaviasque non nisi boni abavi atavique pro-
duxere.

Primam juventutem Noster infumebat pietati addiscendæ: Adultior fa-
ctus, destinabatur vitæ œconomicæ: Exercebat eandem feliciter per se-
xennium fere, cum svasu B. Matris Rostochium mitteretur, et anno

MDCXCVI mercaturæ addiscendæ gratia concrederetur B. Dn. Henrico **Hoppen**, Mercatori apud nos quondam et hodiernum in descendentibus famigeratissimo. Continuabat ministerium, in illa domo Hoppiana, in invictæ fidelitatis testimonium ad decennium usque. Donec nempe Anno MDCCVI offerretur negotiatio, per obitum B. Dn. Theophili **Schwa-be**, Mercatoris apud nos nominatissimi, vacans. Ab eo igitur tempore hicce noster, fidelis antè alienæ tabernæ custos, propriam adornabat. Non autem erat bonum, ut solus maneret; Ergo sibi quærebat thori et curarum œconomicarum sociam. Inveniebat eandem in persona Prænobilitissimæ atque virtuosissimæ fæminæ Dom. Sophiæ Elifabethæ **Prisbau-ern**, Vidua nunc Eheu! luctuosissima. B. Henrici **Prisbauern**, Mercatoris Malchinentis Primarii filia. Vixit hoc par svavissimum in conjugio, prouti- par erat, grata et ingrata communia habuit, et specimen præbuit aliis imi- tandum. Nec fuit hoc amabile consortium absque pignoribus. Nasceba- tur enim illis

I. Anno MDCCIX d. 20 Julii Filius, *Samuel Gustavus*.

II. Anno MDCCXII d. 13 Mart. Filia, *Anna Sophia*.

III Anno MDCCXIII d. 18 Mart Filius, *Julius Friedericus*,
anno sequenti demortuus.

Recenseam autem priorum felicitatem specialiter: Filius ille, Vir Prænobilis atque Clarissimus, Dn. *Samuel Gustavus Oerling*, apud nos floret, ceu Mercator inclytus et rerum gerendarum peritissimus. Du- xit ille conjugem Anno MDCCXXXIV d. 29 Jan. Virtutibus ornatif- simam, *Catharinam Elsabetham Spaldingen*, Filiam Viri Amplissimi at- que prudentissimi, Dn. Georgii *Spaldingen* Senatoris et Mercatoris Gu- stroviensis meritissimi, celeberrimi: Vidit B. Noster, ex hoc Conjugio, Quatuor Nepotes et Duas Neptes,

I) *Georgium Felicem*, natum anno 1735 d. 3. Julii.

II) *Samuelem Gustavum*, natum anno 1738 d. 17 May.

III) *Filium*, anno 1739 d. 20 Mart. natum denatumque.

IV) *Mariam Sophiam*, natam anno 1740. d. 16 Novemb.

V) *Filium*, Anno 1742 d. 22 Jan. Lucem aspicientem atque defe-
rentem.

VI) *Agnetam Sophiam*, natam anno 1744 d. 22 Junii.

Filia Beati nostri unica, Prænobilitissima atque virtutibus sui sexus condecoratissima, Domina Anna Sophia, felicissime fuit elocata Anno
1726.

1726. Viro prænobili atque spectatissimo, Domino *Ephraimo Wendten*,
Mercatori & Cerevisiario apud nos inclyto atque primario: Ex hoc fœ-
dere conjugali ad Avi amplexus benedicentes venerunt quinque Nepotes
Neptesque binæ, & quidem ordine sequenti :

I) *Ephraim Felix*, natus Anno 1727. d. 28. August.

II) *Christina Sophia*, nata ao. 1731.

III) *Gustavus Friedericus*, natus ao. 1733.

IV) *Regina Johanna Charlotta*, ao. 1735.

V) *Johannes Ludolphus*, natus, ao. 1738.

VI) *Carolus Martinus*, natus, ao. 1740.

VII) *Johannes*, natus, ao. 1743.

Faxit omnipotens DEus ut hæc *Oerthlingio - Wendtio - Spaldingiana*
Progenies efflorescat & floreat in Familiarum splendorem & commune
emolumentum.

Apprecor afflictæ matri *Wendtiæ*, cum gravi & pertinaci morbo
conflictanti, cœleste adjutorium.

Redeo ad vitæ *Beati nostri* filium. Civis, ceu supra dictum, inter
nos factus, probavit industriam & fidelitatem, & vix erit officium ci-
vicum, cujus speciem & exemplum non ornaverit *Noster*. Loqvuntur
tabulæ & acta publica, quid gesserit. Loqvatur templum *Petrinum*,
cujus ipsi parietes testantur, quantam in illud conservandum, ornan-
dum, impenderit operam.

Tot meritis per gradus quæsitis, imponebatur, Anno 1733. die *Mat-
thiæ* præmium dignitatis Senatoriæ. Curia eundem & ille curiam or-
navit.

Interrogate per plateas, quæ fide et gratia gesserit specialia, Sena-
toribus per vices attribui solita officia? Dicite Vos, qui eundem au-
divistis, annon facilis fuerit in adeundo, placidus in respondendo?
Quis unquam probavit, quod duritie verborum dimissus sit; Ipsi son-
tes gravitatem quidem, non autem amarulentiam senserunt.

Sovimur merito in lacrymas, ob dispendium tanti viri. Dicite
Cognati, Affines, Vicini et Amici, quis melior fuit in conversando,
juvando, sublevando, congaudendo, condolendo? Dicitis tristissima
vidua!

Vidua! annon svavissimus, et malorum morborumque compatiens-
simus fuerit officiosissimusque maritus. Dicite pauperes, quis sereniori
fronte vobis levamenta præbuit? sed non opus erit ulterioribus verbis,
quoniam cumulatissima extant rerum documenta, et si quid boni no-
torium, sane Oertlingiana virtus est notoria, inde et tot desideria, tot
fletus, tot gemitus.

Propero ad finem, qui solet à morbis ad mortem tendere. Ab
aliquot annis B. N. si quis alius diæteticæ, tam modice quam medice vi-
vens, sensit incommoda asthmatica. Obviam ivit Medicamentis, sed cre-
vit malum per proxime elapsos sex menses: Iunxerunt se alia mala et per
inter valla vertigine impeditus fuit, sed non tanta fuerunt hæcce incom-
moda ut vel lecto vel domui affigeretur. Observavit officia tam publica,
quam privata imo sublevavit alios magis ægrotantes sua vicariali opera.

Frequentavit cætus divinos, Idem die nupera IV. Aprilis ad horas
Pomeridianas meditabatur, cæteroquin ad usum s. cænæ instanti die
Mercurii habendum, se præparabat. Sed ecce! ea ipsa dicta die lassitudo
quædam occupat artus sed revocabat eundem à lecto cænæ periodus & dul-
cis cum liberis & genero, cui propter morbum dilectissimæ conjugis af-
flictiissimo, ipsa illa hora animum ex sacris solatiis addidit conversatio.
Inter horam autem nonam & decimam invalescit extempore malum adeo,
ut per deliquia mentis ad finem omnia inclinarent.

Et scribere cogor funesta, nam secunda post mediam noctem, hinc-
que die quinta Aprilis, placidissime inter adstantium & attonitorum la-
crymas & suspiria obdormivit, animamque vulneribus Salvatoris con-
credidit, postquam in hac ærumnarum valle vixerat Annos LXVII, at-
que tres menses.

Qui desiderat historicam relationem. Occasione mortis B. N. Le-
gat sequens iudicium *Prænobilissimi atque experientissimi Domini Doctoris
Eschenbachii, Præctici patrii celeberrimi.* Ita autem ille:

*Morbis, aut potius ultimus morbi paroxysmus generalis,
quo diem obiit supremum beatus Dn. OERTLINGIUS, Se-
nator Rostochiensis dexterrimus, nec diuturnus fuit, nec adeo
vehemens. Laboraverit ille jam aliquamdiu alvi obstructioni-
bus, flatulentia, et Asthmate cum palpitatione cordis,
Hæc ut incessum retardabant, corporisque situm horizonta-
lem interdicebant, sic eorum imprimis revertebantur insul-
tus, quoties vel auræ frigidiori liberior patuerat aditus,
vel alimenta flatulenta fuerant comesta. Interim, præter
Sanguinis detractiones regulares, Enematum aliorumque ap-
propria-*

propriatorum remediorum applicationem hucusque desiderata
semper exceperat medela. Nunc igitur idem recurrebat mor-
bus, non vero exitus idem. Beatus namque noster, qui tegro-
tationem filiae dilectissimae singulari cum applicatione secum pu-
tabat, postquam inter prandendum, cum reliquis, praesertim
carnis sale conditae radicumque pastinacae albae largam portio-
nem assumpserat, ceu gratum palato ferculum, quod tamen
corpori valetudinario molestum constabat per experientiam,
aedem aditurus sacram (erat enim dies ille dies dominicus,)
colicae cum respirationis difficultate sensit adventum. Ego hac
vice in auxilium vocatus pulsus inveni mox regularem, mox
inordinatum et debilem: Infirmitates ad lipothymiam acceden-
tes per vices infestabant, quas sudor solvebat copiosus cum
aliquali morbi levamine, haud ita tamen multo post de novo re-
crudescens: Interea nec calor aderat praeternaturalis:
Nec pulsus, tempore remissionis, iusto major, nec debilitas
immoderata: Animus, Corporisque habitus bonus. Omnia con-
suetum tramitem percurrere adstantes adserebant ipseque
eger, praeter spiritus angustiam de nullo quodam dolore con-
querens. Cum saburræ praesentiam arguerent flatulentorum
imprimis assumptio alvi que consueta adstrictio, enemata prom-
te injiciebantur, adjecta mixtura moderate purgante, quae
parvis hauriebatur dosibus: Ast nec unum nec alterum nota-
bilem edebat effectum. Hora vespertina decima morbus, qui
post horam secundam pomeridianam accesserat, adeo remittere
videbatur, ut et aeger et, qui aderant, ceteri felicem illius
fore decursum, facile crederent. Post mediam vero noctem
novus invadebat paroxysmus specialis, prioribus aliquantum
intensior. Interim nec hic, excepta spiritus angustia paulo
majore, adeo malis stipatus erat symptomatibus, quae vitae
terminum proxime instantem declararent. Satis libere poti-
us cum suis confabulabatur aeger, eosdem ut ad lectum se con-
ferrent, et quietem caperent, admonens. Haec cum repetiisset

ad

adhuc durante hora, quæ mediam noctem sequitur, tertia, inopinata morte subito et placidissime expiravit, qui id denas- cendi genus jam dudum, sanus adhuc et optime valens, a DEO T. O. M. sibi exoptaverat ardentissime.


Vestrum nunc erit, Cives Academici O. O. Honoratissimi, ut vestra frequenti & honorifica præsentia, mœrorem horum, quem ex obitu Mariti, Patris, & affinis conceperunt, quantum in Vobis est, levare conemini. Cujus gratia ut in templo Mariano ad hodiernam mediam primam conveniatis, amice singulos hortor.

*P. P. Sub Sigillo Rectorali, die XIII Aprilis
Anno MDCCXLV.*






[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]



LBMV Schwerin 33
000 184 241





n. Exempla illustrent: Converto igitur me ad Virum hodie fo-
fferendum, qui moralis & laudabilis anæsthesiæ insigne præbet
am.

n in devia rapiunt eundem illecebræ hujus mundi, recte
abstinuit ab iis, quæ mundus gustat & intuetur ceu delicias:
psit omnia, in quibus alii fervent, & quibus quasi immerguntur,
tur. Immotæ mentis fuit ad oblatas à justo deviandi occasiones,
unquam fuit tam splendidum, ut virtutem ejus corrumpere-
t vitæ curriculum!

rebatur, & in hunc mundum prodibat Beatus Noster Dn. JOACHI-
LIX OERTHLING. Senator Rostochiensis, Anno reparatæ salutis
XXVIII. ipso festo Epiphaniæ, & renascebatur ex sacro fonte die
nsis ejusdem.

er erat, Vir quondam admodum Reverendus atque doctissi-
Dn. *Samuel Oerthling*, Pastor ecclesiæ Christi Brunnenfis & Gantz-
us Mecklenburgicis Stargardio-Strelitzenfisibus. Me-
lle fuit, supervixit enim Climactericum maximum,
no MDCXXXVII d. 6. Sept. Triglasi in Pomerania
s Anno MDCCXX d. 28. julii, annum octogesimum
et officio suo ad ultimum defunctus, attigit annum. Me-
rolis numerosæ felicitatem. Cui enim non dictus
is B. *Oerthlingius*, Confiliarius Mecklenburgicus, Frater
prime dilectus, cujus Liberi Nepotesque florent in
ter nostri erat B. *Sophia Laurentia*, famina pia et
na.

us ascendentium, qua Lineam Paternam, exhibet
elem Oerthling, Pastorem ecclesiæ Triglafensis et Zim-
trali Pomerania meritissimum, religiosissimum, et Avi-
B. *Elisabetham Horns*. Qua lineam maternam, si-
iarum B. Dn. *Isaacum Laurentium*, Pastorem Ecclesiæ
al Rectorem inclytæ Scholæ in celebri civitate Meck-
ndenburgo, de singulis officiis meritissimum, ado-
ve utilem: Et Aviam B. *Dorotheam Schræders*, fœ-
recordationis.

um conficiunt, in stemmate paterno, proavus, B. *Joa-*
ivis et inter honestissimos Pannifices Pritzwaldenses in
terrimus, et proavia, B. *Dorothea Eckels*. Sufficiunt
s testantes de ulteriorum honestate et pietate, tales
vos proaviasque non nisi boni abavi atavique pro-

n Noster infumebat pietati addiscendæ: Adultior fa-
tæ œconomica: Exercebat eandem feliciter per se-
n svasu B. Matris Rostochium mitteretur, et anno

B 2

MDCXCV

